



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIV. Markgraf Ludwig sichert der Stadt Friedeberg freie Schifffahrt zu, am
5. Februar 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XIII. Markgraf Ludwig belehnt Bürger zu Friedeberg mit Besitzungen in Mansfeld und Pelitz, am 29. Januar 1341.

Nouerint etc. quod nos Ludowicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Reynkino, Martino et Nycolao, fratribus, dictis Polan, ciuitatis nostre Vredeberg ciuibus, fidelibus nostris dilectis, nec non Iacobo et Nycolao, eiusdem Reynkini filiis, suisque legitimis heredibus VIII mansos, V solidos denariorum Brandenburgensium in taberna, octauam partem iudicii, in villa mansvelde situatos, cum omni iure, gracia, comodo et utilitate, quibus dictos mansos, denarios in thaberna, partem iudicii strenui viri Luderus, echardus et nycolaus, fratres, de hersleibe fideles a predecessoribus nostris marchionibus Brandenburgensibus bone recordationis et a nobis tenuerunt et habuerunt, et eciam decem mansos in villa pelitz eodem iure, gratia, comodo et utilitate, quibus dictos mansos fideles nostri echardus et nortmannus, fratres, de herslebe, a predecessoribus nostris marchionibus pretactis eciamque a nobis tenuerunt et possiderunt, denuo quiete et pacifice possidendos, iuribus tamen nostris in predictis villis vtrobi- que plenarie referuatis. In cuius etc. Testes huius sunt Beringerus Heylo, albertus wolf- steiner, Bombrecht, pincerna, milites, Tyd. Brederlo cum ceteris. Datum soldin, anno domini M. CCC. XLI, feria secunda post conversionem sancti pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIV. Markgraf Ludwig sichert der Stadt Friedeberg freie Schifffahrt zu, am 5. Februar 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus — Considerata fidelitatis promptitudine discretorum virorum consulum vniuersitatis ciuitatis nostre Fredeberg nobis exhibita sepius et impenfa, eisdem talem fecimus et presentibus facere decreuimus gratiam specialem, videlicet quod liberum facere poterant nauigium siue meatum navium et situm predictae ciuitatis vsque in Stettin per fluuios sub- notatos, primo per fluuium dictum polka, qui dirigit in netzam, a quo in alium, qui dicitur trawa, qui ducit in oderam et deinceps per ipsam oderam ascendendo seu descendendo suis cum mercibus atque rebus transire valebunt ad loca singula, secundum quod ipsis melius et com- modosius videbitur expedire. Debebunt quoque ab omnibus theloneorum dacionibus supportari cum descendunt duntaxat, eo dempto theloneo in Tzweh, vbi dimidietatem dicto in descensu dare sine recusacione qualibet tenebuntur et in descensu (ascensu?) plenum et consuetum erogare debe- bunt theloneum in locis singulis et vniuersis, vbi ex debito solet exigi siue colligi, Addentes in pre- missis, quod cum generalis prohibicio per terras nostras facta fuerit de annonis deducendis preter illas annonas, quas emendo in terris polonie sua pecunia comparabunt In cuius testes Wolffstein, Swyker, Hufener, Altman. Datum Soldin, sabbato ante esto michi, Anno XLV°.

Aus der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek und des Geh. Staatsarchives und der Hackwiz'schen Sammlung — in allen Abschriften gleich mangelhaft.